



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. I. Qvò hic liber collineet, & instructio libri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

De damnatorum rogo Caput I.

145

sic tibi videatur Deus misericors, ut non videatur & iustus. Sic misericors & longanimis est, ut sit & verax. Nomen expecteris iustum, quem contempsisti benignum?

Revera, quod capitis initio monuimus, Nugandi tempus jam non est. Paulò post ad Tribunal Christi stabimus Aternitatis rei. Felix qui loqui poterit ex praparo. Bernardus planè fidelis monitor, iudicii turbis incursum ad scopulum velut digito monstrans:

Bernard.
epist. 1. milti
pag. 1412.

Veniet, inquit, veniet dies iudicii: ubi plus valebunt pura corda, quam astuta verba, plus conscientia bona, quam malsupia plena: quandoquidem iudex ille nec fallitur verbis, nec flectitur donis. Quid faciet de iniustus iudicis, qui ipsas quoque iustitias iudicabit. Nec procul est hic iudex: Et tibi, mi Lector, & mihi proximus est. Gregorius disertè:

Gregor.
hom. 13. in
Evang.

Venit Dominus, inquit, cum ad iudicium properat: pulsat verd, cum per agnitundinis molestias mortem vicinam esse designat. Ergo, quicunque vivitis, hodiernam forsan aut crastinam vel à morbo vel à morte prosternendi, scitote, quia prope est in januis: jam lanceo pede insperit iudex; furtim, ut ipsemet pramonuit, se foribus admovebit, jam aderit. Nugandi tempus jam non est.

Mat. c. 24.
vers. 33.

Pelagius, Græcus interpret narrat à religioso senevisum aliquem paulò liberius ridentem. Hunc senex

A vultu severo, & voce grandi velut in piaculo deprehensum corripit: *Coram cali & terra Domino, inquit, Pelagius rationem totius vite nostre reddituri sumus, & tu rides?* bell. 3. n. 23. Quàntò rectius nos dixerimus: Brevi coram supremo iudice comparandum erit, deque omnibus vite annis ratio reddenda, & tu helluaris, & tu furaris, & tu scortaris impiè? Propinquum tibi iudicem non vides, non audis? At ille profectò te videt & audit, non loquentem solum & agentem, sed & cogitantem.

Et ut scias, hic ipse iudex est, qui potestatem habet, & animam & corpus perdere in gehennam. Vis, inquit Paulus, non timere potestatem? bonum fac. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa portat gladium. Gladius iudicii in manu Christi est. Mat. c. 10. vers. 28. Rom. cap. 13. v. 3. & seq.

Timete & fugite, dum liber, à facie gladii. Beatus Fulgentius Fulgentius optimè ratiocinatur: Si sanguinarius Hero- Epiphanià des timuit infantiam in fœno cubantis, quantò magis timere debemus omnipotentiam iudicantis. Ergo quod Hebræus psalmes ac Hussæus Princeps contentissimè loquitur, qui clamant ac monent: Nolite iniquè agere, nolite exaltare peccat & cornu, nolite loqui adversus Deum iniquitatem. Fugite à facie iniqua com- gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse mittit. iudicium. QVONIAM DEVS IVDEx EST. Psal. 74. v. 5. & 6. Job cap. 19. vers. 29.

Finis Tribunalis Christi.

IN FERNVS DAMNATORVM CARCER ET ROGVS.

CAPVT PRIMVM

Quò liber hic collineet; & instructio Lectori.

Philo, lib. de
Migratione
Abraham,
initio.
Erl. de som-
niis, post
mediana.



Ruditè dixit Philo Judæus: Domus Dei, cogitatio sapientis. Hanc domum aterna Sapientia subit, hanc habitat, in hac suaviter recumbit. Videre, loqui, audire, scribere, humanæ quidem actiones sunt, non tamen animantibus brutis penitus negatæ. Audiunt

Cogitare
ac ratiocinari
solum
hominis
est.

& fera, vidèntque, & eo quædam hominem vincunt. Jumenta quoque memorantur locuta. Scriptioni similium quid, elephantis præsertim, tribuitur. Cogitare ac ratiocinari, solius hominis est. Puris ac sanctis hominum cogitationibus interest Deus, & velut suâ se domo continet. Atque hinc eruditum Philonis dictum: Domus Dei, cogitatio sapientis.

Quid ab
homine
cogitan-
dum.
2. 76. v. 6.

Quid porro post hominis conditorem, dignissimum sit ab homine cogitari, variè discipari potest. Solymæus rex David in disceptationis partem veniens: Cogitari ait, dies antiquos, & annos aternos in mente habui. Cogitatio proflus utilissima; digna homine, digna Deo. Amplissimum hic cogitandi stadium patet, quod nemo unquam emensus est cogitando. Finis hic quæri potest, inveniri non potest. Aternitas finem nescit, terminos ignorat, metâ nullâ clauditur. Aternitas cogitari dignissima.

Aternitatem in se spectandam ante decennium pro-

Tom. I.

C posuimus. Restat, Aternitatem tam beatorum, quam damnatorum cogitandam demus. Cogitandam, ajo, & alto peccatore pertractandam. Parum est de illâ loqui, audire, scribere. Hæc superficiem radunt: penetrandum est altius, & intimis animi medullis reponenda aternitas. Proinde hoc quidem capite, unum istud explicabimus; Quò isthæc de damnatorum aternitate scriptio collineet.

§. I.

Romanus Sapiens amicè cum Lucilio suo exposulat, & Quo modo molestus est, inquit, iucundum somnium videnti, qui excitat: aufert enim voluptatem, etiamsi Aternitatis falsam, effectum tamen vera habentem: sic epistola tua mihi descriptio. Sen. ep. 102.

fecit injuriam. Revocavit enim me cogitationi apta traditum, & iterum, si licuisset, ulterius. Iuvabat de Aternitate animarum quærere, imò me hercule credere. Credebam enim facile opinionibus magnorum virorum. Dabam me spei tantæ: jam eram fastidio mihi, jam reliquis ætatis infracta contemnebam, in immensum illud tempus, & in possessionem omnis ævi transi- turus. Cum subito expectatus sum epistolâ tuâ acceptâ, & tam bellum somnium perdedi. Quod repetam, si te dimiserò, & redimam.

Hic ego panè in eam sententiam descendendo, quam mihi scriptor præfatus suggerit. Flavius Lucius Dexter Barcinonensis, Orientalis Imperii præfectus prætorio, & beato Hieronymo amicissimus, Chronicon litteris consignavit. In eo ad annum Servatoris Christi sexagesimum quartum, de verbo hæc exprobrat: Lucius Augustinus Seneca Cordubensis, Hispanus, missus ultro citroque ad sanctum Paulum litteris, de Christianâ re bene sensit, satisf-

que

que Christianus occultus, ejus fuisse discipulus creditur; dulciterque scribit ad Paulum in Hispania morantem.

Ego hic nihil affirmo, sed veteris Chronographi testimonium veneror. Certè Annæus Seneca, Aternitatem non tantum cogitare instituit, sed & credere. Observevamus viti solertiam. Aternitatem suis momentis ponderare ingressus est, idque fecit attentissimè. Hanc enim contemplationem confert somnio, quod omnium exteriorum sensuum operosas vigilias sopit, & vigilare jubet interiores. Hoc meditari est. Et agere tulit Annæus hanc meditationem suam interpellari. Grandi enim emolumento hæc meditatus: *Connebam, ait, quod reliquum est vite, & in illud seculorum inexplabile volumen memet extendebam.*

Omnia jam ipsi Senecæ videbantur nauscaunda, præ unâ illâ interminati ævi possessione. Quid nos Christiani? Si sic aternitatem meditantur gentilitatis tenebris oppressi? Aternitatem frustra credimus, si eam raro aut frigide cogitamus. Mille causis impellimur, ut Aternitatem assidue meditemur. Sic hæc causæ plurimarum loco, Aternitas durissima pectora, ipsos panè filices ac chalybes molliit, omnem animi perviciaciam expugnat. Actum est de homine, quem Aternitas non trahit ad meliora. Eat, pereat, qui tonitru hoc formidabilissimum, alto sopore mensus non audit.

Sed dicas: Incendia inferorum, ante oculos illorum statuenda sunt, qui ad inferos festinant. Quid eos his terreas, qui assidue cælum suspirant; qui peccare omittunt non formidine pænæ, sed fluminis amore. Quid hos juverit æternos ignes contemplari? Plurimum. Eamque ob causam triplex hoc documentum statui-mus, quod sæpius in hac scriptione respiciendum.

§. II.

Primum: Ex hac inferorum contemplatione sanctissimis quibusque hominibus gaudium ingens nascitur. Dum enim spe certâ his sese incendiis subtractos cogitant, cor illis gaudium subsultat. Hinc gratiarum actio amarissima, hinc despicienda sui maxima, & divinæ bonitatis amplissima deprædicatione. At quia etiam bonæ mentis homines errant & labuntur, mox cogitata recurrit Aternitas, & aurem pervellit: Attende tibi, nondum extra teli jactum es. Nescis enim, an ad ultimum usque halitum perseveraturus sis. Metissima est gratia, perducta ad tumulum perseverantia. Nullis actionibus hanc gratiam emereri possumus. Deum hic debitorem appellare non licet. Nulli dat syngrapham. Neget tibi Deus perseverandi gratiam, & periisti æternum.

Hoc optimo cuique potens est frenum. Nec enim ignoramus fuisse qui quadraginta, quinquaginta, & pluribus annis Deo servierint; omnem denique priorem sanctimoniam turpi epilogo corruperint, quemadmodum ille apud Cassianum Hero. Hæc qui mente seriâ expendit, optimos quosque affectus in se concitat.

Alterum: Ubiqueque attestata Aternitatis meditatio præcedit, ibi non potest non sequi studium ingens, ardor animi, & mira in rebus gerendis accuratio. Hæc una cogitatio præclare docet, Deo ut supremo Domino omnia deberi; nec parem unquam aut dignam hoc famulatu diligentiam adhiberi; nihil tantæ Majestati respondere; infra illam esse omnia. Eadem Aternitatis meditatio præsentem vitæ statum assidue ingerit, monetque, jam laborandi ac promerendi tempus esse, longissimas sine fine ferias; æternos sine exitu annos secuturos, quibus nec laborare, nec promereri quidquam licebit.

Memini legere, nec sine admiratione, fuisse hominem, qui Aternitatem animo sic prospexit: Quis mortalium est, aiebat ipse secum, qui quidem sanæ mentis sit, & ratione utatur, qui regnum Galliæ, Hispaniæ, Poloniæ, regna sanè opulentissima sibi vendiderit eâ pa-

etione, ut quadraginta continuos annos in lectulo rosæ strato, eoque mollissimo resupinus jaceat? Et licet forsitan non defuturus sit, qui ad hanc conditionem descendat, & sic decumbere incipiat; is tamen non totum triennium (res certa) sic decumbet, quin abruptat & dicat: Sinite, surgam; malo carere regnis, non dicam tribus, sed omnibus, quàm sic continuè, licet mollissimè jacere, vel decem tantum annis; necdum viginti, aut triginta, vel, uti pactio fiebat, annis quadraginta.

Itane res se habent, ut nemo sanus reperiatur, qui, ut triplici regno donetur, triginta vel quadraginta annis dictâ lege decumbere velit? quàm ergo cæca, quàm furiosa est infania, ob lacerum rete, ob tres aciculas, ob crepundia vilissima, illud petulanter subire periculum, & tale designare facinus, ob quod in candente crate, in feretro flammeo, non solis quadraginta, non quadringentis, nec quatuor millibus, sed nec quater centenis millibus, sed æternum torquearis. Furiis, ô mortales, B intemperantissimis agimur, nisi jam maturè, & in rem nostram sapimus.

§. III.

Tertium hic documentum: Vtinam ab iis omnibus, qui hæc lecturi, unum hoc imperem, ut duplici conspiciolorum genere uti assuescant. Vnum quidem cæruleum, purpureum vocari potest alterum. Cærulei vitri conspiciola sic usurpanda. Quotiescunque nobis bene est, cum corpus vel animus, vel utraque pars hominis in voluptate est, quotiescunque vel amena pulchritudine oculis, vel auribus suavia, vel gulæ delectabilia, vel odorandi & palpani sensibus grata sese ingerunt, qualiscunque demum jucunditas, quæcunque nos delitiae afflent, mox conspiciolis cæruleis ita utamur, ut pro se quisque ratiocinetur hunc in modum: En, hoc tibi placet, hoc sapit, hoc juvat & mel est: sed quæso quid hoc omne ad aternitatem beatorum? quid hæc mellis guttula, ad illud mellis mare in cælo, quid frustra hic lambo & lingo? quid famelicis his linctibus me ipsum ab æternis voluptatibus distineo? Illam, inquam, illam cælum aternitatem suspice, eò aspira, ubi abundanter est, quicquid usquam voluptatum est, aut esse potest.

Atque hæc talis cogitatio medios inter convivas, ipsa inter tripudia, in ipso deliciarum vigore locum habet, si velimus. Hoc artis arcanum in omni delectatione adhibendum. Atque hoc est conspiciolis uti cæruleis; animum erigere, ad futura transferre, celestas delicias velut prælibare. Ita moderatè, ac sine damno amœnitatibus fruamur.

At verò cum nobis malè est, cum vel corpus dolor, vel animum ægritonia exedit, cum est, quod vellicet, affligat, cruciet, mox ocularium specillum Purpureum ita suffigendum, ut apud se quisque dicat: Hoccine ita te vexat, istud adeò te torquet, ut panè in rabiem agat? Quid hoc autem, obsecro, quid istud ad aternitatem damnatorum est? Demitte oculos, & inferos contemplare. Quidquid hic te urit, fabula est, jocus est: quidquid hic pateris, merissimus ludus est: ignium umbra sunt ignes nostri ad illa inferorum incendia; pænæ, quas hic dependimus, delitiae suæ, ad illa nunquam defutura tormenta.

Quid ergo vanissimis querelis cælum terramque oneras? Impatientiam hic tuam, imò tuam & stultitiam (ignosce verbo) hic nimium produs. Tu certè, quid gehenna sit, ignoras, alioqui tot querelas non sparsurus. Sed miseras ac ærumnas mihi tuas objicis. Quanam tandem ille? Num stabulum habitare cogitis? At illic extremi fœtoris haras igneas habitant damnati. Idque æternum. Crebra te fames cruciat: At illic nec mica fami, nec gutta siti succurrit; sititur, & esurit; idque æternum. Videris tibi lacrymis natatè? Hæc gaudii materia

Aternitatem non tantum cogitare instituit, sed & credere. Observevamus viti solertiam. Aternitatem suis momentis ponderare ingressus est, idque fecit attentissimè. Hanc enim contemplationem confert somnio, quod omnium exteriorum sensuum operosas vigilias sopit, & vigilare jubet interiores. Hoc meditari est. Et agere tulit Annæus hanc meditationem suam interpellari. Grandi enim emolumento hæc meditatus: *Connebam, ait, quod reliquum est vite, & in illud seculorum inexplabile volumen memet extendebam.*

Aternitas durissima pectora, ipsos panè filices ac chalybes molliit, omnem animi perviciaciam expugnat. Actum est de homine, quem Aternitas non trahit ad meliora. Eat, pereat, qui tonitru hoc formidabilissimum, alto sopore mensus non audit.

Plurimum juvat æternos ignes contemplari. Triplex documentum:

1. Ex inferorum contemplatione ingens gaudium nascitur: &

Sæpius, De condigno, ut Theologi loquuntur.

Unicuique optimo potens est frenum.

2. Mira accuratio in rebus gerendis sequitur.

Et purpurei conspiciolis uti.

De damnatorum rogo Caput I.

147

teria est, si velis: Ibi erit stertus, sed sicus, ibi erit stridor dentium, sed nil profuturus, idque æternum. Inimici te tui fatigant, invidi obrectatores te læterant? Quid hoc ad inferos, ubi exosissima damnatorum & diabolorum omnium societas toleranda est, idque æternum. Mærores & curæ te angunt? Illic continua corporis desperatio discerpit, idque æternum. Hic forsitan humi jaces, aut asseri rigidoque strato indormis. Illic ignis prolecto est, ubi nunquam dormitur, idque æternum.

Si his talibus conspiciis hac ratione utamur, de gravissimis etiam malis nil conquiremur: & quidquid aliis durum & intolerabile visum est; jam facile, momentaneum, ac leve videbitur. Fateri cogemur: Hæc omnia, o mi Deus, quæ tuo fine clauduntur, tolerabilia sunt, jucunda sunt, cælum sunt, ad damnatorum æternitatem collata.

S. I V.

Optimus quique homo utitur duplici hoc conspiciendi genere.

Chrys. to. 4. q. 1. ad Rom. 8. 2. ad Cor. 4. 10. 1. ad Tim. 4. 2.

Duplici hoc conspiciendi genere optimi quique hominum semper sunt usi, & etiamnum utuntur. Beatus Gregorius his se plurimum adiutum non dissimulat: Dum, inquit, recognosco Iob sedentem in sterquilino, Iohannem esurientem in eremo, Petrum pendentem in paribulo, Iacobum decollatum Herodis gladio. Cogito, qualiter Deus in futuro cruciabit quos reprobos, qui ita dure affligit quos amat? Si cum intimis amicis sic agitur tempore gratia, quid hostibus fiet tempore iustitiae ac vindictæ?

Eruditè Chrysostomus: ab experimento, inquit, rerum penitus fieri potest, ut accipiamus de magnis aliquid conjecturæ. Si quando in balneo fueris nimium effervescente, tum gehennæ recordaberis: & rursus si quando febre acriore conflagraveris, ad flammam quæ illic est, progredere: tum probe intelliges, quia si balneum & febris adeo nos assistunt & terrant; quo animo futuri sumus, quando in fluvium ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrendo tribunali & profecto frememus dentibus propter labores illos & cruciatibus indicibiles, nemo suppetias feret.

Et quæro, ut conspiciis hæc discamus ritè applicare; sumamus noctem unicam, quam à curis aliisve fodi- cantibus cogitationibus insonnem, aut quam infestante calculo, urente podagrâ, torminibus aut dentium doloribus in nos sevientibus turbatam exigimus. Quam hæc talis nox longa, & instar hebdomadis aut mensis est? Quid si anno toto sic inter dolores jacendum, quid si annis centum, quid si mille annis, si sex aut decem millibus annorum? quid si æternum, & sine fine?

Pari modo potest quis sibi repræsentare, quidquid unquam illatibile, luctuosum, crudele, miserandum, horribile vidit & audiit, quidquid ab Orbe condito se- tyrannorum crudelitas excogitavit, quidquid ad usque Mundi occasum sævissimorum hominum immanitas invenire poterit; hoc autem omne si velut in fascem colligatum cum æternitate damnatorum componere, & quasi per conspiciis mentis oculos ad imas Erebi sedes demittere voluerit, cum Chrysostomo proclamabit: Hæc omnia quæ hic patimur, merus ludus ac risus sunt, si cum illis supplicis in contentione veniant. Et caussam jungens orator Græcus: Etenim hæc tormenta, inquit, temporaria sunt: illic autem nec vermis moritur, nec ignis extinguitur. Pone, si libet, ignem, ferrum, & bestias: & si quid his difficultus: attamen nec umbra quidem sunt hæc ad illa tormenta. Nunc videmus terrenos milites principibus servientes, quomodo eriminosos trahunt, quomodo ligant, quomodo flagellant, quomodo perfodiunt costas, quomodo faces tormentis adhibent. Sed hæc omnia ludicra & risus ad illa supplicia. Nam & temporanea sunt hæc pœna: illic vero neque vermis moritur, neque ignis extinguitur.

Ia omni- bus rebus hic conspici- endum.

His omnino conspiciis utendum in rebus omnibus tam acerbis & tristibus quam suavis & jucundis. Alioquin nobis id solum videbitur magnum, quod oculis erit proximum; dolor præfens aut voluptas nos assi-

Tom. I.

A ciet, futura omnia tanquam eminus sita vix cernentur, Idè ex iis omnibus quæ aspicimus, audimus, olfacimus, gustamus, tangimus, aptandum conspiciis, ad remotiora illa plenius cernenda.

S. V.

Chrysostomus hæc amplissimè confirmans: Quando, inquit, videris aliquid bonum & magnum in presenti vita, cogita calorum regnum, & id nihil esse existimabis: quando terribile, cogita gehennam, irridebis. Quando te invaserit cupiditas corporalis, reputa & ipsius peccati voluptatem, quod nullius sit prædii, quod ne habeat quidem voluptatem. Si enim legem, quæ hic sunt lata, metus tantam vim habet, ut nos à pravè abducatur actionibus, multò magis futurorum memoria, supplicium immortale, pœna sempiterna. Si metus regis terreni à tam multis nos abducit malis, quandò magis metus æterni regis? Quomodo ergo poterimus asidue metum habere? Si perpetuò audiamus scripturas. Nam si mortuus, si solum videatur, animum nostrum ita reprimat, quandò magis gehenna & ignis qui nequit extinguì. Si gehennam semper cogitemus, non erit in eam incidemus.

Phalaridis Taurus supplicium olim fuerat horrendum. Origo illius inde. Phalaridi Agrigentinarum tyranno bovem opifex fabricavit æneum, quo inclusi subditis ignibus, longo & abdito cruciatu, bovis instar mugiebant. Tetricum artis suæ opus primus artifex inclusus imbuat. In hoc æneum, ignitum ergastulum generosissimus martyr Eustachius cum conjugè Theopiste ac liberis conclusus, inter immanissima tormenta gloriose finit, omnibus post sæculis mirandum Constantiæ exemplum. Hos cruciatus verè dixeris infernum, sed ò infernum mitem & minime diuturnum: Et licet hunc cogitatione non difficile sit assequi, ea tamen quæ nos ipsi sentimus, facilius intelligentiâ, citius voluntate ac memoriâ complectimur, idè in rebus omnibus, ut demonstratum est, quæ vel amcenè ac suaviter afficiunt, vel urunt, mordent, ac pungunt, specilla sic adhibenda, ut identidem dicamus: Ecquid hoc ad æternitatem, quid istud ad inferos? Pergamus, & patiamur. Quæcunque patimur, jocus & umbra sunt ad æternitatis immortale tormentum.

Hæc in antecessum Lectori scienda duxi. Primæ artis est, futura illa sæpius rectè meditari.

CAPVT II.

Primum æternitatis Tartaræ tormentum TENEBRÆ.

Hyeme in nostris regionibus longissimæ noctes sunt: æstate multò breviores. At verò fieri potest, ut alicui nox longior videatur æstate, quàm quæ longissima est hyeme. Quam ea nox longa sit necesse est, quæ horis non multis canitiem antea non visam adfert. Id fieri, certis testibus, & vel ipsâ docemur experientiâ. Nec docti negant, fuisse qui nocte unicâ canuerunt, Didacus Olorius à rege Hispaniæ in carcerem conjectus Hispalis, à merore nocte unâ incanuit: Bilbilanus vates mirabundus cecinit:

O nox quàm longæ, quæ facis unâ senem! Rectius dixerim; O nox quàm longa es, quæ cogis unâ non senescere, sed mori millies, & sæpius! Ejusce modi noctes apud inferos sunt, quibus vel millies, & crebrius, moriuntur damnati, nec tamen ullus moriendi finis est. Heu longa nox, quæ longior videtur anno, quæ longior olympiade vel lustro, quæ longior vel sæculo. At verò longissima nox est, quæ tenebris involvit æternis. Tali nocte, talibus & tenebris Deus in hostes suos vindicat, Sole procul & lunâ procul omnibus astris damnati degunt. Noctem illorum tenebrosus turbo possidet.

N. 2.

Job cap. 3. v. 5. & 6.